

3 DE A V T O R I T A T E

18. Deliberatione enim institutâ, quanam formâ commoda, & eruditâ methodo, Doctrina in ditionibus Electoris Saxonie recepta & usitata, conscribi atq; comprehendi posset; totum hoc negotij D. Luthero à Theologis VVitebergensibus Iusto Iona, Pomerano, Philippo, fuisse datum. historiæ referunt.

19. Hic ergò locum voluntati eorum relinques, septendecim articulis universam Religio-
nis Christianæ summam est complexus; quos Elec-
tor secum Augustam auferens, Archetypum &
matricem quasi Confessionis postmodum exhibitæ
esse voluit. Videantur hi articuli Tom. 5.
len. Pag. 18. edit. anni 57.

Camerar,
in vita
Philippi.

20. Et quanquam cæterorum etiam principum ac civitatum, Evangelicam doctrinam amplexarū Theologi, suarum Ecclesiarum summam scriptis fuerunt complexi: Quæ omnia, & in his aliqua, prolixitate etiam molesta, perlegere & censere Au-
gustæ Philippus coactus fuit: tamen ad septendecim illorum Lutheri Articulorum normam, confessio-
nem ipsam fuisse conscriptam, testis instar omnium esse potest Epistola Iohannis Electoris Saxonie, ad Lutherum missa: ubi heros ille sanctissimus disertè affirmit, M. Philippum Melanchtonem revidisse & in formam redigisse Articulos, à Luthero prius delineatos. Histor. Conf. Aug. pag. 136.

Quod